conceptum cum deo salvis iuribus ac honore imperii ac regno-
rum possimus ob maximos offensas illam ad nos viam
reveniendi patris benivolenciam relaturi, paratum erga de-
bitam patris reverenciam ad omnem honorificenciam
filialem totis affectibus ac expertis plusquam alius al-
devotus filius effundimus. [rubric: Ix. card. reprehendens
eos quod non contradixerunt pape qui eum dixit suspectum de fide.]

In exordio nascentis mundi provida et in-
effabilis dei sapiencia, cuius consilio non egent aliena,
in firmamento celi duo statuit luminaria maius et
minus: maius ut preesset diei, minus ut preesset no-
cti. Que duo sic ad propria officia in regione zodiaci
conveniunt(?) et si se multociens ex obliquo respiciant, quod
unum alterum non offendit, immo quod est superius inferiori su-
am communicat claritatem. A simili eadem eterna provisio
in firmamento terre duo voluit inesse regimina, sacerdo-
cium scilicet et imperium, et unum ad cautelam, reliquum ad tute-
lam, ut homo qui erat in duobus componentibus diu-
cius dissolutus duobus retinaculis frenaretur et
sic fieret pax orbi terre omnibus excessibus limitatis. Sed se-
dens in cathedra perversi dogmatis phariseus unctus
oleo nequicie pre participibus nostri temporis romanus pontifex
qui de celestis ordinis emulacione descendit, emu-
lare nititur et credens forte cum superioribus conveni-
re que natura non voluntate ducuntur, nostre maiestatis
iubar intendit dicere(?) duce in eclipsim dum veritatem in
fabulam commutat. Plene mendaciis ad diversas mun-
di partes papales mittuntur epistole de complexione non
de racione accusantes nostre fidei puritatem. Scripsit enim
eo solo nomine papa nos bestiam ascendentem de mari plenam
nominibus blasphemie pardique varietatibus circumscriptam.
Et nos ipsum beluam illam asserimus de qua legi-
tur: et exivit alius equus rufus et qui sedebat super
eum sumpsit pacem de terra ut viventes invicem se inter-
ficiant. Nam a sue promocionis tempore iste pater non
misericordiarum sed discordiarum, desolacionis et non con-
solacionis sollicitus promotor totum mundum ad scan-
dala excitavit. Et ut verba sua recto sensu interpretemur,
iste draco magnus qui seduxit universum orbem anti-
christus est, cuius nos dixit esse preambulum, et alter Balaam
conductus suo precio ut malediceret nobis, princeps
principes tenebrarum qui abusi sunt prophetiis.
Hic est angelus prosiliens de abysso habens phi-
alas plenas de amaritudine ut mari et terre no-
ceat insurgit et falsus Christi vicarius fabulis suis
nos christiane fidei religionem recte non colere ac
dixisse tribus baratatoribus mundum esse deceptum
quod absit de nobis et nostris labiis processisse, cum ma-
nifeste confitemur unicum dei filium coeternum et coequalem
patri ac spiritui sancto dominum nostrum Ihesum Christum ab inicio et ante se-
cula genitum, processu temporis missum in terris in subsi-
dium generacionis humane, non de potencia ordina-
ta sed de potencia ordinate, qui est de gloriosa virgine
natus, passus postmodum et mortuus secundum alteram
naturam quam assumpsit in utero matris, virtute deita-
tis a morte post triduum surrexisse. Machometi
vero corpus in aere pendere didicimus obsessum de-
monibus, animam infernis cruciatibus deditam, cuius
opera tenebrosa fuerunt et contra legem excelsi. Moysen vero
amicum dei et familiarem eius docente pagina fuis-
se tenemus in monte Synay cum ipso tenentem
colloquia, cui dominus in rubo primum signa et mirabilia
fecit in Egipto, et Hebraico populo per ipsum lex tradita decla-
ratur, ipsum postmodum vocatum ad gloriam cum electis.
In hiis et aliis accusator noster et emulus ponens ad
usus filium matris ecclesie scandalum contra nos mendaces
et ventosas notas mundo inscripsit. Sed si rectitudo
sensus apostolici non fuisset intrinsecus non potuisset in preiu-
dicium(?) qui dominatur in mundo talia non scripsisset nec ad
suggestionem illorum qui tenent lucem tenebras et
dicunt bonum malum, qui suspicantur mel esse fel prolatum(?)
ab opinione que debilis et infirmus cum sit esse
firmum cum non esse contrariat(?) opinio vero indifferens sit ad utrumque
immo gradu distans a fide, in hiis in propheticis(?) consciencie(?) hosti-
um infringi minime debuisset. Sed quibus omnibus vehemen-
ter cogimur admirari et nostre mentis quietem multa
vexat turbacio quod vos qui estis ecclesie fundamenta, colum-
ne rectitudinis, assessores Petri, urbis senatores et or-
bis cardines, non flexistis motum iudicis fulmi-
nantis, quemadmodum superioris planete faciunt qui ad
retardandam magni corporis velocitatem contrariis moti-
bus opponuntur. Re vera imperialis felicitas ipsi semper
impugnatur invidia. Unde Symonides interrogatus
cur inimicos non haberet respondit quia nichil feliciter ges-
sit. Et quia prospera nobis deo duce succedunt, postquam contra
Lombardos rebelles nostros ad mortem persequimur quos
iste predestinavit ad vitam, hec est causa quare noviter iste aposto-
licus ingemiscit. Et utinam non de consilio vestro felia-
titi vite instituit ob mare vim de potestate ligandi
et solvendi forte iste dominus gladium expungit. Sed ubi
virtus deficit potestatis ibi sub fuit abusus ha-
meo intelligitur. Qui in regie potestatis magnus princeps
presumimus(?) apostolis et restorum(?) postestas(?) principalis quia pol-
luerit officii dignitatem et secundum quod insolubilia
non solvuntur ita et illegibilia non leguntur, quod esse
manifeste probatur quia sacra scriptura instruente mor-
tificant animas que non moriuntur et vivificant que
non vivunt. Potest ergo que sibi digna potencie quan-
tum et quam non. Cum deus omnia possit est aliquid quod non
potest. Sane si verus esset pontifex, innocens, impollutus,
segregatus a peccatoribus, haberet non nigrorum vic-
time sed hostiarum pacificarum pacificus immolator et
poneret incensum odoris non dolens sed pontificium in
maleficium commutaret. Si verus esset pontifex semen
predicacionis non tergeret in fructus dissensionis neque
ex hoc accusabilis hostis ecclesie matris nostre que secun-
dum ingenue suo quam cum reverencia colimus et amplecti-
mur cum honore, divinis sacramentis ornatam perso-
nas earum singulares et corruptorem in subiectis a
medio recedentes penitus reprobamus. Et quoniam
nec non sunt transitorie quam nostre maiestati ingerit iste-
runtur et tamen si levius non levare possumus nec de-
bemus undique potenciam nostram relaxare cogimur
ad vindictas. Vos vero qui estis viri ad saniora con-
silia constituti sensus et vos excellenciam optinen-
tes vigilantem ad adversarium nostrum a processu cuius de-
testabile fuit inicium penitus revocetis, rerum consequen-
cias ex causis precedentibus attendentes, alioquin iuxta
tam senciet qualiter in persecutorem ac consequentes prin-
cipes et fautores procedat Augustus et qualiter ferro
cesareus inferat ultiones. [rubric: Ix. universis mundi prin-
cipibus lamentans de iniu- mult. marino(?)]

Quem si tam iusti quam vehe-
mens cum doloris et motus fuit in
nobis cum ad presenciam nostram fuit. S. a venerabili pa-
triarcha Antiocheno dilecto amico nostro presencium
baiulus litterarum accessit ipsum eum in festo e(?) vide ne-
quivimus qui intuitente affectione quadam diligimus
singulari. Vix enim tunc temporis cordis nostri pungeret
rumor infestus et subice nunci potestatis tempes-
tatis qui Chorosminorum pestem ab originalibus sedi-
bus tartarea clade depulsam velud molem ingen-
tes prerupta moncium et declivium fluminis ictibus
devolutam in sanctam civitatem irruisse crude-
liter nunciavit, quam forte desolacionis sue tempore ha-
bitatore continuo solito defensari contuatum(?).
Undique concurrentibus colebatur, dederat quod con-
cursui famosi eam loci longius retro temporibus ac-
colis maxime desiderata securitas, et concessa au-
spicius diebus illis optenta quedam accione treu-
garum quas Soldanus Damasci et Natisar Soldanus
Cairi(?) qui prius hostes et adversarii fuerant, concordiam
invicem facientes ipsum cum paganis ea condicione fece-
runt quod tota regio Ierosolimitanum tamen quam paganis posse-
derunt cis Iordanem retentis sub villis et motamus(?)